

De Gula.

XVIII

De Gula.

Gula detestanda est. **P**rimo quia multum est contra deum quia omnia peccata sunt contra deum. tunc gula principaliter quia vilissima creatura deificat scilicet ventrem suum. Iuxta illud ad philippos. Quorum deus venter est. ubi dicit Augustinus. hoc ab homine colitur quod pro ceteris diligitur. Unde Hugo in suo claustrali. Solent diis templum construere altaria erigi ministri ad seruendum ordinari immolari penseturura concremari. Siquidem templum gulae est coquina altare mensa ministri cocci immolate penseturura. Et talis ydolatria est deterior quam ydolatria paganorum. Quia illi auro et argento et marmoreis lapidibus diuinos honores impendere solent sed gulosus ventrem pro deo honorat qui est quasi laterna. Et propter hoc videtur hoc viciu detestabilis cunctis alijs vicijs et peccatis quia hoc viciu deum blasphematur. Unde Augustinus de verbo dei. Si imoderatide voracitatis debitum modum nature excedis quantumque laudes lingua carminibus resonet tunc vita blasphematur. Secundo detestanda est gula quia multum placet dyabolo ex eo quod in homine guloso est requies dyaboli. Unde Math. xxi. Cum immundus spiritus exierit ab homine ambulat per loca arida querens requiem et non inueniet. Et nota quod loca arida sunt homines tempore viuentes in quibus dyabolus non inueniet requiem. Unde etiam in signum huiusmodi legio demonum dixit domino. ut habet Math. vii. Si eiecistis nos hinc mitte nos in gregem porcorum quod dominus permittit. Unde dicit Gregorius. Pisi quis morem porci viderit dyabolus in eo potestatem non accipiet. Et quo patet quod dyabolus potestatem habet super gulosos. Item placet dyabolo quia illo vicio tentauit hominem in statu innocentie et in paradiso. Item post in christo qui cum ieiunasset quadraginta diebus et noctibus tunc tentator dixit ei si filius dei es dic ut lapides isti panes fiant. Et ratio quare libenter tentat homines etiam bonos cum isto vicio quia potest eos deicere et faciliter trahere ad alia peccata scilicet ad accidia et in luxuria. Unde Gregorius in pastore dicit. Dum venter non astringitur simul cuncte virtutes obruuntur. Item placet dyabolo quia iste qui hoc vicio a dyabolo tenetur valde firmiter tenetur. Quia qui assueti sunt gulose vivere vix et difficulter possunt huic vicio renunciare. Unde Iheronimus in libro soliloquii. Difficile est peccati consuetudinem vincere prauus vltus vix aboletur. Hoc patet maxime in illis qui a puericia crapulose et delicate nutriti sunt qui postmodum vix vel raro abstinentes sunt nisi superabundans gratia dei operaretur in illis. Et ratio quod secundum Aristoteli. Consuetudo est altera natura. Et idem. Difficile est resistere consuetudini que assimilatur nature. **T**ercio detestanda est gula quia nocet homini in corpore et in anima. **P**rimo in corpore quia infirmitates corporis generat. **E**ccli. xxxvii. In multis escis erit infirmitas. **V**enerunt in episto. Multos morbos multa fercula fecere quia multi propter crapulam